

Cœlus.

Quinta tandem, simul triplex munus amplectens, sic se habet: Differentia est id, quod conseruit essentiam speciei, & illius est pars essentia, scilicet ea, quae essentialiter distinguit. Vnde Doctor in hac Questione de prima definitione inquit, an sit continentier data.

Partem negatiæ probat duabus rationibus, quæ aperta sunt in extenuo: & quamvis ille solvit, solutiones ab alijs datas impugnat, tamen eas iustinet, & suas impugnationes postea solvit. Ad Questionem igitur sic responderet.

Dicendum: species abundat à genere in differentia: id est Differentia est, qua species excedit genus essentialiter: & quia hæc distinctione prime, & secunde intentionaliter intelligi potest: primo modo probatur ab eo: quia distinctione indicat conceptum adequarem essentiam diffiniti: ergo Differentia includitur in conceptu essentiali speciei: non sic autem est de conceptu essentiali generis: quia aliter genus & Differentia, prædicarentur ad inuicem: & etiam, quia esset nugatio in distinctionibus: ergo species abundat à genere in Differentia.

Quoad secundum sensum probatur, & explicatur sic. Differentia est una secunda intentione, qua, non ut forma intrinsecè constitutive; sed qua, ut applicabilis ei, quod est principium formale intrinsecum actualiter formaliter inclusum in specie, ut species supponit pro fundamento, abundat species à genere eodem modo supponente.

Tandem soluit argumenta in oppositum, quorum solutiones clare sunt; dum modo sciatur: quod quando in fine questionis concedit hanc esse veram: animal est rationale: ly, animal non supponit simpliciter: sic enim est falsa: sed supponit personaliter pro suppositis: id est, aliquid animal est rationale. Sed pro maiori intelligentia prædictorum sit articulus sequens.

ARTIC. I.

An Differentia sit extra generis rationem?

1. Argum.

PRIMI parte negatiæ sic argumentor: ratione includit ens quidditatuum: non ut accidens: ergo ut substantiam: sed talis substantia non est in corpore: ergo corpore: sed hæc non est non viuens: ergo viuens: sed hæc non est non animal: ergo est animal: ergo rationale essentialiter includit animal.

2. Argum.

Secundo, si differentia non includerent genus essentialiter, non haberent supra se genus: ac per consequens essent generalissima.

3. Argum.

Tertio, si genus non esset de essentia differentia, non contineret eam in potentia: quod est falsum: patet: nam id est genus continet speciem in potentia: quia est de conceptu essentiali eius: ergo vel genus est de conceptu essentiali differentia: vel illam in potentia non continet.

Conclu.

Dicendum: genus est extra rationem differentia: & differentia extra rationem generis: est communis cum Doctore in probatione propria conclusionis: & probatur primò ex Aristotele, sexto Topicorum capite tertio dicente: differentias non participare genus: eigo si genus non participatur à differentiis, est extra illarum rationem: & è contra: ergo.

Secundo, si genus esset de conceptu essentiali differentia, lequeretur: num quod rationale esset integer homo: quia constat eisdem partibus, animali, scilicet, & rationali: & tunc hæc prædicatio: homo est rationalis: esset identica: tunc etiam lequeretur: quod diffinitum ingreditur distinctionem: nam si sunt idem formaliter homo, & rationale: sicut ponitur rationale in distinctione, potest ponit homo: sic dicendo: homo est homo: quod hominem diffiniimus: quod est absurdum.

Tertiò, si differentia includit genus essentialiter: iam differentia ex genere, & differentia, constat: ergo differentia est species, quod est falsum.

Quarto, probari potest omnibus argumentis, quibus supra probauimus genus, & differentiam, esse duas realites oppositas, alteram contrahibilem, & alteram contrahentem: nam hæc, & illa argumenta, idem confirmant.

Ad primū

Ad argumenta: ad primum distinguo consequens: duplex enim est substantia: alia transcendentalis, & Analogia, quæ de omni substantia, sive completa, sive incompleta, dicitur: & de hac tenet consequentiam: sed non residuum argumenti: alia est substantia prædicamentalis, & completa: & de hac nego consequentiam: nam rationale non est substantia completa: ac per consequens, nec corpora, nec viuens: nec animal.

Ad secundum.

Ad secundum concedo sequellam: nego tamen consequentiam: pro quo, vide Doctorem primo poster, quæst. 24, vbi huius rationem reddit: & nos forsitan dicemus in hoc Tomo, quando se se obtulerit occasio disputandi: an differentia inferior includat essentialiter superioris: de quo Doctor loco citato, & septimo Metaphysic. quæst. 17, & in quarto dist. 11, quæst. 3, litera C. C. & alibi.

Ad tertium

Ad tertium nego sequellam: ad probationem: nego paritatem rationis: nam aliter continet genus in potentia speciem, & aliter differentiam: animal enim continet speciem (vt sic dicamus) in potentia actua, sive constitutiva: quia illam essentialiter constituit: at vero differentiam continet in potentia passiva: & vt concordem ipsum perficiat, simulque cum illo speciem componentem: & ideo genus est de conceptu essentiali speciei, & respectu differentia est extra conceptum ipsius.

(..)

ART.

ARTIC. II.

An Differentia, actu, vel potentia, in genere continetur?

1. Argum.

ET quod actu genus Differentiam continet: probatur primo. Vnumquodque est actu se ipsum: sed genus est differentia; sicutem realiter: verbi gratia animal est realiter rationale: ergo impossibile est genus esse actu, quin Differentia sit actu: ergo continet genera respectu differentiarum, non est potentialis, seu permisiua; sed actualis, & unitaria.

2. Argum.

Secundò, potentialitas est de essentia generis: rergo est illi actualis: quia essentia rei non est in potentia: sed in actu: tune sic: sed differentiae diuisiæ continentur in potentia generis: ergo actualiter continentur in illo.

3. Nota.

Notandum primo: differentias, respectu generis, in duplii discrimine essentia sunt ipsius generis constitutiæ: ut sensibile respectu anima lis: & de istis non disputamus: nam certum est, in ipsis generibus actualiter continentur: alia sunt generis diuisiæ, specierumque constitutiæ: & de his procedit Difficultas.

4. Notandum.

Secundo notandum: quod sicut materiam primam continere in potentia formam, nihil aliud est, quam ipsam concurrens passione sustentando formam, quam agens effectu in ipsa producit, quam non produceret, ipsa passio non concurrens: sic suo modo differentia dicuntur in genere potentialiter continentri: id est, in illo priori, quo animal præintelligitur ad rationale, habet potentialitatem; seu differentiam negatiæ, ut per quamcumque differentiam determinetur, & perficiatur, similique cum illa concurrat ad constitutionem speciei: ut concausa passiva, & potentialis: & hoc est differentias in genere potentialiter continentis: secundum quam doctrinam possunt dici edduci de potentia generis: sicut forma Physice de potentia materiae edduci dicitur.

5. Conclu.

Dicendum: Differentia diuisiæ tantum potentialiter, modo exposito, in genere continentur. Hæc est communis cum Doctore in solutione argumentorum: & probatur: inter continentiam actualiem, & potentiale, non datur medium: sed tales differentiae, non continentur in genere, quatenus per ipsis est contrahibile actualiter: ergo continentur in ipso potentia: probo minorem: continentur in aliquo actualiter est, continentiam illi suum formale esse tribueret: sed differentiae diuisiæ non tribuit generi suum esse formale: quia alias genus esset species: ergo tales differentiae solum in genere potentialiter continentur.

6. Ad primū.

Ad argumenta: ad primum dico: quod duplex est identitas realis aliquorum: una ratione Unius, vel variisque extremorum se identificantium: alia ratione convenientiæ, vel identitatis in tertio. De prima, minor est falsa: vera ratio.

men de secunda: & colligitur hæc solutio ex doctrina Doct. in primo dicitur. Et alibi. Vel potest dici: quod actualitas, & potentialitas, de quibus agitur in littera, debent intelligi quoad continentiam formalem, & formalem identitatem: & non quoad continentiam, & realem identitatem: ut argumentum procedit. Sed prima solutio est aptior, & conclusioni conformior.

Ad secundum distinguo consequens: potentialitas conuenit generi in actu: ut actus sumitur contra potentiam obiectivam: concedo: ut sumitur pro actu formalis, & completo: nego consequentiam: nam, ut sic, potentialitas generis est perfectibilis per differentias, quibus in ultimo actu perficiente constitutur, & eas in potentia continent. Itaque breuiter dico: continent differentias actualiter potentialiter, & indeterminate, quas species determinate continent.

*Ad secundum.**Nota.*

QVÆST. IIII.

An differentia possit definiri?

*Diffiniunt autem, & hoc modo.**Cap. codem.*

VÆRITVR: an Differentia possit definiri? Quod non videtur: quia Differentia non est Differentia: sic enim esset procedere in infinitu: omne autem, quod

diffinitur, habet differentiam.

Item, sola species diffinitur: differentia non est species.

Ad oppositum est Porphyrius.

Ad questionem dicendum: quod differentia potest diffiniri: quia habet genus, scilicet universalis, quod per aliquid per se differentiam descendit in ipsum: ut patebit in solutione questionis sequentis.

Ad primum concedo: quod differentia non est differentia, respectu cuius, differentia habet rationem differentiæ: Sed potest habere differentiam, respectu cuius, ipsa est species: sicut hic, quod est prædicari in quale, per quod constituitur differentia in sua specie: sicut homo per rationale.

O. 1. Cap.

Contra: tunc differentia respectu aliquius non est differentia: quod est falsum: quia necessario est differentia, & per se: ergo respectus ad quodcumque non poterit illud tollere.

Concedo: quod Differentia, ut quid, in se non est Differentia, ut modus: tamen necessario est Differentia, ut quid: sic species est modus eius.

Ad aliud concedo, quod Differentia est species.

Summa textus.

QUAMVIS hæc Quæstio præcedentem prædere videatur: quia prius videndum erat; an Differentia posset diffiniri, quæ de eius diffinitione disputare: nihilominus ordo quæstionum est optime assignatus: cum quia diffinitio præcedentis quæstionis attenditur penes Differentiam fundamentaliter sumptam: de qua Logicus principaliter non curat: tunc etiam: quia si de Differentia secunde intentionaliter procedat: & vt sic per prædicari de pluribus proprie, & Logice, diffiniatur: id est Doctor respectu huius diffinitionis, hanc præmitur quæstionem: an scilicet, possit, ut sic, diffiniri: pro parte negativa arguit dupliciter: tunc quia quod diffiniri habet differentiam: sed differentia non est differentia: quia procedit in infinitum: ergo. Tunc etiam, quia sola species diffiniri: qualis non est Differentia: quia species, & differentia, opponuntur: ergo. His tamen non obstantibus respondet.

Dicendum: Differentia secunde intentionaliter sumpta diffiniri potest: probatur: tunc per Porphyrium ipsam diffinitem: tunc etiam quia habet genus, & differentiam: genus enim est universalis; vel prædicari de pluribus: quæ est eius diffinitio: differentia autem est ly, in quale esse ostendemus.

Tandem respondet ad argumenta: quorum responsiones in littera, & ex supra dictis constant: & clarius ex dicendis in Articulis sequentibus, quorum primus sic se habet.

ARTIC. I.

An differentia propriissima prime intentionaleriter sumpta possit diffiniri?

OCCASIONE summa textus ordinem quæstionum conciliantis præsentem Articulum ventilamus: & pro ilius intelligentia est advertendum nos loqui de Differentia, secundum suam præcisam, & formalem realitatem, quatenus cum genere speciem constituit: verbi gratia, an rationale; ut ultima differentia est (& sic de reliquis, etiam si subalterna sint, dicendum est) sit composta com-

positione sufficiente, ut verè, & propriè, diffiniri possit.

Pro parte affirmativa sit primum argumen-
tum: rationale non est accidens; ergo substantia:
ergo habet conceptum substantię, & realitatis,
qua constituitur: ergo optime diffiniri po-
test.

Secundo, ultimæ differentiæ includunt for-
maliter ens: ergo habent conceptum entis, &
realitatis ipsas constituentis: antecedens est
Aristotel. quarto Metaphysic. ubi ait: quod ens
sequitur ad omnia: hoc est in omnibus includi-
tur; aliter enim differentia esset non ens, & nihil:
ergo.

Tertio, differentia ultimæ in aliquo con-
veniunt, & in aliquo differunt: conueniunt e-
nim in hoc, quod est facere diffire: dif-
férunt tamen: quia omnes diversimodo dif-
ferre faciunt: ergo abillis est abstractibilis ra-
tio conuenientiæ, & disconuenientiæ particu-
laris: ergo conueniunt, & differunt: ergo, &c.

Notandum primo, ex Doct. in primo dist.
tertiæ quæ secunda litera K. & dist. octava quæ.
secunda, quod conceptus est duplex: alter sim-
plex, alter simpliciter simplex: primus est resolu-
bilis in plures conceptus quidditatius quorum
vnum sit contrahibilis, & alter contrahens, seu
generis, & differentiæ. Secundus est, qui in tales
conceptus non est resolubilis: & iste, vel totali-
ter, & distincte, scitur, vel ignoratur: & est du-
plex: alter, qui omnimodam compositionem, &
constitutionem, excludit: ut conceptus entis, ut
sic: alter, qui licet excludat omnem realem com-
positionem, & constitutionem realitatem per-
fectibilis, & perfectis, non tamen aliquam
constitutionem conceptus entis, & modi cuius-
dam determinationis: & talis est conceptus ul-
timæ differentiæ; qui in conceptum entis, & gra-
du cuiusdam intrinseci resolutur: & tamen di-
citur simpliciter simplex: quia ens non prædicat-
ur in quid de differentia: id est per modum con-
trahibilis; ut late in Anteprædicamentis quæst. 4.
art. 4. ostendemus.

Secundum notandum, ex decimo Metaphysi-
text. 12. & ex Doct. ibidem: discrimen esse inter
differens propriæ dictum, & inter diuersum: nam
differentia aliquo conuenit cum illo, à quo dif-
ferit: & in aliquo ab eo disconuenit: conueniunt
exim in prædicto dicto de eis in quid, quod pro-
prie dicitur genus, vel species: & id est dicuntur
aliquid idem entia: id est in aliquo quidditatius
conueniunt: differentia propriæ dicta, quæ est realitas extra generis rationem: ut
diximus. At vero diuersum, seu diuersa, in nullo
tali prædicato, quod de eis dicitur in quid, con-
veniunt; nec aliqua differentia propriæ dicta dif-
ferunt: & id est primo diuersa dicuntur, ac diffi-
niri se totis obiectiue: cum hoc tamen stare po-
test, ut respectu conceptus entis conueniat: nam
respectu huius conceptus, nulla datur prima di-
uersitas.

Dicendum: Differentia propriissima prime in-
tentionaleriter sumpta, non potest proprio diffiniri:
bene tamen aliquo modo explicari, & notificari:
quod est improprie, & large, diffiniri: hæc quod

Conclus.

præ-

primam partem est communis; & maxime in
nostra Schola: & probatur: quælibet differentia,
ut sic non est constituta ex genere, & differen-
tia: ergo non potest proprio diffiniri: quia diffini-
tio proprio ex genere, & ex differentia constat:
antecedens patet: quia aliter esset processus in
infinitum: nam de illa alia differentia inquiri: an
sit proprio diffinibilis, nec ne: Si sic: idem confi-
cio argumentum: si non: habeo intentum. Et hoc
est quod afferit Doctor in solutione ad primum:
dum ait: quod differentia non est differentia,
&c.

Secunda pars etiam est communis: & patet per Porphyrium differentiam diffinientem:
ut vidimus quæst. præcedenti. Et præterea pro-
batur: nam quælibet entitas aliquomodo consti-
tuta potest per constituentia notificari: huius-
modi est differentia propriissima prime intentio-
naliter accepta: ut in notabilibus diximus: ergo,
&c.

Ad primū
Ad secun-
dum.

Ad argumenta: ad primum dico: quod ra-
tionale est substantia transcendentalis: eo mo-
do, quo est ens: sed quia nec talis substantia, nec
ens, prædicatur in quid de illa: ideo dicitur sim-
pliciter simplex: & improprie tantum diffinibi-
lis: & per hoc ad secundum.

Ad tertium.

Ad tertium, iam diximus supra: quæst. i. art.
2. not. 2. quod differentia tantum conueniunt in
simili modo se habent: non vero in aliqua reali-
tate sibi communi de eis dicta in quid: & ita tan-
tum large diffinuntur: non vero proprio: quia
diffinitio proprio respicit naturam, & entitatem
diffiniti, quod in præsenti est à parte rei prima
diuersum.

ARTIC. II.

An differentia secunde intentionaliter capta diffiniri possit?

1. Nota.

EX Doctoris littera, & ex textus summa,
quid huic difficultati dicendum sit, mani-
festum appareat: sed pro maiori intel-
ligentia notandum primo sine argumen-
tis: quod differentia secunde intentionaliter ac-
cepta potest dupliciter considerari: vel ut respi-
cit sua inferiora, scilicet, hanc, & illam, differen-
tiam, ut sunt illius individua intentionalia: vel
ut resipicit sua subiectibilia, quæ denominat, &
respectu quorum, dicitur universalis: & in hoc
secondo sensu procedit quæstio Doctoris.

Secundo notandum: quod Differentia, ve-
st tertium prædicabile, est quoddam cōcretum
intentionale, dicens de materiali proximo con-
ceptum abstractum ab omnibus differentijs pro-
priissimis, & de formalis secundam intentionem
illi applicatam, & ad ipsas differentias, ut sunt à
parte rei ultimæ terminatam. Videns enim in-
tellectus omnes differentias propriissimas, tam
infimæ, quam subalternas, detinuit à parte rei ab
ultimo gradu formæ: & per se diuidere genus: &
tribuere esse essentiale speciei, & conuenire in
hoc, quod est essentiale qualificare: non quod
hæc ratio essentialiter qualificandi sit aliqua re-

itas omnibus communis: sed idem modus se
habendi: ab isto modo abstrahit conceptum quid
ditatum, communem, & universalis, cui tri-
atribuit, & applicat secundam intentionem præ-
dicandi in quale esse intentionale, terminatam tanquam
ad fundamentum remotum, ad rationale, humili-
ble, sensibile, & reliquias: sicut enim genus habet
diffinitum quod, & quo totale, & partiale; sic de
differentia secunde intentionaliter capta est af-
serendum.

Dicendum: Differentia, ut est tertium pre-
dicabile, & species universalis, optimè diffiniti
valet: est communis cum Doctore: & ratione ip-
sius in littera posita probatur.

Conclus.

QVÆST. V.

An hac diffinitio: Differentia præ-
dicatur de pluribus differenti-
bus specie in eo quod quale
sit conueniens?

Differentia est, que de pluribus differ-
entibus specie in eo quod quale sit
prædicatur. Cap. eod.



VÆRITVR: an
hæc diffinitio sit
conueniens: Diffe-
rentia prædicatur
de pluribus diffe-
rentibus specie in
eo quod quale: q
non videtur: quia
diffinitum excedit diffinitionem: prædi-
catur enim diffinitum de ultima differ-
entia, & completiva speciei, & non diffini-
tio: quia illa differentia tantum inest spe-
ciei specialissimæ, & eius suppositis:

Item: diffinitio excedit diffinitum:
probatur: quia sensibile prædicatur de
pluribus differentiis specie in eo quod
quale: & tamen non est differentia: quia
differentia est abstractum significans ali-
quam intentionem secundam: impossibili-
le est autem aliquam secundam intentionem
in abstracto prædicari de re primæ
intentionis: probatio assumpti: quia dif-
ferens dicitur denominative à dif-
ferentiæ: denominatum autem tantum
differt ab abstracto solo casu: ergo,
&c. antecedens patet per Porphyrium:
nam vbi vult exponere membra diuisio-